



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas  
Psalmorvm Decades**

**Luther, Martin**

**Basileae**

**VD16 L 5540**

Et folium eius non defluet.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37005**

IN PSALMVM PRIMVM

omnia sibi rapit, in omnibus, in deo ipso quærens quæ sua sunt, ut recte possis dicere, hanc est arbor, spinæ aut rhamnum spōte natam, nullius cultu fotam, neq; riuis aquarum gaudēter, nihil præter spinas aferētem, quibus omnium que circifstant arborū, fructus, ipsas quoq; pungat, laceret, suffocet, tum oīum ret. Expressit itaq; Propheta beneficium bonarum arborum, q; cum nulli no-

teant, omnibus proslnt, suos fructus uolenter dantes.

In tempore suo, O aureum & amabile uerbum, quo afferitur libertas iusticæ <sup>Libertas iusticæ  
beati.</sup>

Christianæ, Impij stati sunt dies, stata tempora, certa opera, certa loca, quibus sic in hæc, ut si proximus fame esset moriturus, nō ab illis diuelli possint. At beatus hic uir, liber in omne tempus, in omne opus, in omne locum, in omnem personā, utcumq; se obtulerit casus, tibi seruier, quodcumq; inuenierit manus eius, hoc faciet. Nō est Iudeus, neq; Gentilis, neq; Græcus, neq; Barbarus, nulius prorsus persona: Sed dat fructum suum in tempore suo, quoties opus sit eius opera deo & hominibus, ideo neq; fructus eius habet nomen, neq; tēpus eius habet nomen, neq; ipse habet nomen, neq; riui aquarum eius habent nō men, unus non uni, nec uno tempore, loco, opere, sed oīibus ubiq; per omnia seruit. Estq; uere uir omnium horarum, omnium operum, omnium persona- rum, & imagine sui patris, omnia in omnibus & super omnia. Impij uero, sicut psal. xvii. dicitur, claudūtur in angustijs suis, seipso captiuant, & in operibus, temporibus, locis a se electis, torquent, extra quæ nihil rectum geri putant, unde suorum fructuum estimatores, nihil faciūt, q; ut alienos fructus mordeant, iudicent, damnēt, liberimi & in quocumq; tempore prompti alios reprehendere, & omnino tales in malo faciendo, quales pijs sunt in bono: Sunt enim & ipsi omnium horarū uiri, non uno modo, non uno tempore, non uni homini, sed utcumq; fors obtulerit, alijs detrahentes ac nocentes, Quæ studia, si uerte- rent ad bona, nullo meliore compendio pijs fierent.

Non sane hæc dico, q; ceremonias Ecclesiæ & monasteriorū reprobem, immo hæc fuit prima religiosorū institutio, ut qui monasteriū ingressus esset, maiori subiectus, disceret nihil propriæ operari, sed prōptus omnibus in omnibus seruire. Erantq; monasteria uere quædam gymnasia Christianæ libertatis <sup>Monasteria</sup> exercenda & perficienda, sicut adhuc sunt, sicuti pri sciam seruat institutionem, <sup>gymnasia</sup> hic inq; erat finis & modus ceremoniarum. Nam quid sunt ipsa quoq; charita <sup>Christianæ</sup> & misericordia opera, q; libera quæda ceremonia, cum & ipsa sint externa <sup>libertatis</sup> & corporalia? Et veteris legis ceremonia itidē erant, utilissimæ exercitationes uera & libera pietatis. At ubi cooperūt pueritatis studio, in libertatis iniuriā usurpari, & earum prætextu uera pietas extingui, iamq; pro libertate seruitus <sup>Ceremonia ni</sup> tyrannisaret, opus erat, ut uniuersitate tollerentur, sicut & nunc quoq; pastorum <sup>mie offendit</sup> pijs sollicitudinis esset, tumultus ceremoniales abrogare, ubi nō nisi in laqueos <sup>cula libera</sup> animarum, & in offendicula libera pietatis grassantur, <sup>pietatis.</sup>

Et folium eius non defluet.

Perstat in figura pulcherrima, folium oīno uerbum & doctrinam significat, diximus autē palmam perpetuo folijs uirere. Cōtra de impijs dicit Isa. 1. Quando fueritis uelut quercus defluētibus folijs. Conseruam singula cum singulis, <sup>Collatio;</sup> Impij ambulat in cōsilij suis, Pius amore legis fixus, plātatus est ad riuos aquarum, Illi stāt in uia peccatorum, Hic mēditatus in lege dñi, dat fructum in tempore suo, Illi in cathedra illusorum sedēt, Huius foliū nunq; deficiet,

Etnota

**Fructus pre-** Et nota, q̄ prius fructum q̄ folium describit, & quanq; palma natura dicit folium, pomum suum nō inter folia, sicut in ceteris sit, sed inter ramos, & communem virtus sermo nem in cacumine habeat, ut possit & ipsa uideri prius fructum q̄ folium prae-ducere (a palma enim diximus, hanc figuram sumptam) tamen & ipse p̄spicere recte instituit fidelem in Ecclesia predicatorum, ut sciat regnum dei non in sermone, sed in uirtute, i. Corint. iiiij. Et coepit Iesus facere & docere. Erat uir potens in opere & sermone, ita fructū uita prius praestet, qui uirtutem doctrinæ profiteatur, si non uelit folium suum defluere. Sicut enim arborum temnitur, quæ folijs luxuriat, sine fructu, sed & Christus sicum maledicunt fructum non cerebat, ita docente D. Gregorio, cuius uita despiciatur, & causa contemnitur, alijs enim predictant, & ipsi reprobi efficiuntur, quibus Nam vij. predicit audituros eos esse in iudicio: Discedite a me omnes operari quicquid, Etiam si in nomine eius prophetarint, & per uerbum Christi uatas multas in ceteris fecerint.

Querat quispiam, Tam multi fuerunt sancti & Martyres, quorū ambo fructus nec folia relicta sunt, sed omnia cum eis interciderunt, nec oīum, h̄p̄ stolorum uerba habemus, quomodo haec laus beatū uiri erit generalis?

Respondeo, Verbum eorum, non sicut uerbum eorum: Non enim dicit qui loquimini, sed spiritus patris uestrī, qui loquitur in uobis. Omnes ad eodem uerbo docti sunt, idem uerbum docuerunt, Sicut, i. Corinth. x. Omnes eandem escam manducauerunt, & eundem potum biberunt, Verbum autem domini manet in æternum, in seculum seculi ueritas eius. Potest itaque uero-

**Predicare &** Beatus hic uir & lignum fructiferum, totam Ecclesiam significare, autem docentium officio præsunt, uerum non obstat & de quoconq; iusto ambo ligi, habet & ipse idem folium, si non alios, certe seipsum docet, in certis tatus in lege domini, quod uerbum & in ipso manet in æternum, scilicet in ta Ecclesia. Deniq; cum omnes fideles sint unum corpus, etiam si folium, folius sit membrum quod predicat, per communionem tamen omnia suorum, Verbum enim meum est, quod lingua mea prædicat, & si ergo sum, non lingua, ita & de reliquis membris & toto corpore sentias.

Et omnia quæ faciet, prosperabuntur.

Si de ligno seu palma haec dicit, illud tangit, q̄ sola palma dicitur, atque pondus sursum nisi, ut in trabibus palmaceis usum esse dicunt.

**Facere &** Facere hoc loco (nisi sum nimio audax) non significant opera bona iusti, nam haec satis sunt nomine fructus commendata, sed facturas seu plasmationes, quo modo opera artium facimus. Siquidem & Philosophi, agere prædicta, facere arti tribuunt, & eandem differētiam in Hebreæ lingua cernerē licet (mea temeritate) nā uerbum Πνεύμα pro facere, & Σύνταξις pro agere, sive accipi video. Sicut psal. xxvij. Quoniam nō intellexerunt opera dñi, & opera manuum eius. Ut sit opus manuum dei, ipsum plasma, sicut dicit: Opus manuum meorum Israel, & Gen. i. Fecitq; deus &c. Et psalmo. xcij. Ipsius citius & ipse fecit illud. Opera autem dei sunt, ea quæ per creaturas facit, maximam uerbum & gratia, quibus agit & agere nos facit.

Esto itaq; facere, instituere, ordinare, diuersis ministerijs Ecclesiastis distri- buere, & ut Apostoli Petrus & Paulus docuere, multiformis gratia dei mini- stratores facere, Ecclesiæ fundare, multiplicare, ut sic ipsi fideles sive plasmata, opera